



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

27. De subtilitate manuarij operis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

quorum ordo , albo omnes pullati , tristi silentio , & luctu elaborato
mœsti : postremo sublata in ferculum succollantibus ad triginta , & plu-
ribus vespillonum effertur sandapila ; proximè filij squalidi , emaciati
asperitate luctus diu iam obiti , & quasi ad omnem ingressum defecturi ,
tot se lamentis conficiunt , vt raptari ad mortem , non deducere mor-
tuum videantur , pompam claudunt , in sellis gestatoriis feminæ , velo
quidem submotæ ab oculis , sed desperabundo v lulatu , & ploratibus
aures omnium miserè lacerantes . Postquam lento incessu vrbe procul
ad locum sepulchri ventum est , instaurantur ceremonia , suffitus , car-
tarum incensio , funebres machinæ comburuntur , demumque infelix
tumulatur , hi nobilibus exequiis ritus , aliis pro ratione personarum
& opum , etiam aptantur . De funeribus regiis dicendum veniet in re-
bus anni 1614 . in quas Reginæ mors inedit . Mos est tamen quibusdam
Prouinciis semiustum cum sandapila cadaser , vrna pulcherrima clau-
dere , & in altissimo fluminis alueo sepelire , vt hoc illi breue combu-
rium , perenni aquarum refrigeretur lapsu . Hactenus virtutum honesta
species , quæ Sinas exterius mirificè ornat , commendatque mortalium
oculis ; nunc de ingenio , eiusque præstantia primum in operibus arti-
tium , deince studiis literarum . Prius tamen notandum Sinenses quasi
alterum per se orbem efficerent , à quibusvis aliis gentibus diuersum ,
nec peregrinari vñquam ad eas voluisse , nec eas ad se admittere , quo
factum haud dubiè , vt rerum multarum cognitione destituerentur , quam
ex matua consuetudine aliarum nationum assequi potuissent , sed ma-
gna gloria sibi vnis debent artium inuenta quæ apud ceteros fere pul-
cherrima eminent . Imo , si reëte coniiciunt aliqui , debet Europa dis-
cipula Magisterio Sinarum , calcographiam , cartam , nauticam pixidem ,
tormenta ænea , & iis explodendis igniarium puluerem , quod mihi
haud ita creditu facile videtur , cum artes quamplurimas Sinis penitus
ignotas habeamus , ex nostratum prognatas ingenii , à quibus nihilo
ægrius excogitari potuerunt , quæ Sinarum inuentioni tam largè con-
secrantur ; in Marco autem Polo , & Hairone Armeno lepidè luditur
diuinando , cum iactantur , modo dictas artes ab Sinis ad nos transtu-
llisse quadringentesimo ab hinc anno , de quo suppetet nonnihil paulo
post . Sinas quidem in multis eximio operum artificio superamus , non
quod ipsi tantumdem non valeant , sed quod vili mercede pretiosum
laborem stultè vendi putent , quin & artificum peiores viris ferè pri-
cipibus se locant , quorum est scilicet improbior soluendo parcitas , hinc
peritiae vim omnem clati opifices absunt in adulteranda laborum
suorum specie . Nam si forent sua operibus pretia , mira omnino essent
præstitari vt produnt quoties sperata præmia ingenium acquent ; quod
factum ab iis certimus , in torematis gemmarum , in auro tractan-
do in sculptura crystalli , & horariis machinis quarum rotatam fabri-
cam per se didicere ex sola attenti oculi disciplina ; in perspiciliis
item ætati cuiilibet & visui concinnandis , quorum olim materiam vi-
tream

^{26.}
Artes & lite-
ras sibi de-
bent Sinae
quas habent ,
nullis autem
externis .

^{27.}
De subtilita-
te manuatiij
operis .